



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Matthias à Sobremonte n. 59

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

per exitit. Ita ille apud Euseb. vitæ B. Borgiæ lib. 1. cap. 28. ubi paucis verbis multa Societatis encomia vir tantus complexus.

59. A MATHIA DE SOBREMONTÉ, Ministro Prouinciali, & in Senatu fidei meritissimo Censore, qui in Approbat. Tom. P. Antonij Velasquez de Immaculata Virginis Conceptione, inter alia inquit: Dignumque cenſeo volumen, & tanto Auctore, & excultissima sua Societate IESV, quin addendum quidquam, aut demendam putauerim. [Neque enim fieri poterat (vt loquar cum Cassiodoro Epist. 22. lib. 9.) vt quem tantæ auctoritatis familia tanta produxerat, sententia nostra in eo corrigendum aliquid inueniret.] Hæc ille ad finem dictæ Approbationis.

Eius æſtimationis.

60. \* A MARCELLO DE RIBADENEIRA In Historia Archipelagi cap. 7. ubi Societatem vocat, Religionem sanctam, potentemque multis gloriosis Martyribus gloriari, quos inter Infideles, ac Hæreticos habuit. Ita refertur apud Euseb. Tom. 1. viror. illustr. Soc. fol. 501.

Est Religio sancta, potens multis Martyribus gloriari.

61. A LVDOVICO à S. IOANNE EVANGEL. ex Regulari Obseruantia egregio Concionatore, Commissarioque Discalceatorum Generali, appellante IESV Societatem, Fontem Doctorum sacratissimum. Ita ille in Approbat. ad Tom. 1. Euangeliorum P. Antonij de Escobar.

Est Fons Doctorum sacratissimus.

62. \* A DAMIANO DE LVGONES Concionatore selectissimo, qui in sermone de Beatificatione B. Ludouici Gonzage ingentem elogiorum Societatis cumulum congerit, quorum ego aliqua, eaque præcipua summatim referam. Et in primis fol. 9. col. 2. Societatem vocat, Matrem mortalium omnium: imo & Matrem legitimam omnium Religionum. Et fol. 10. Partem Ecclesiæ excellentissimam & nobilissimam: imo vnã ex eiusdem Ecclesiæ excellentioribus, & nobilioribus partibus. Et fol. 11. col. 2. Ventrem mystici Corporis Ecclesiæ, eam abundanter filijs ditantem. Item, & Humerum eiusdem in Germania, Gallia, Polonia, Anglia, Hibernia, nec non & in ceteris Regionibus

Societas omnium mortalium, imo & Religionum Mater. Pars Ecclesiæ nobilissima, & excellentissima. Eius mystici corporis venter, humerus, corpus, manus.

gnis